Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Thesaurus Pauperum - Cod. Aug. pap. 122

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Notae

urn:nbn:de:bsz:31-64266

Visual Library

eus universe conditor carnis qui noe et filiis suis de mundis et immundis animalibus precepta dedisti quique sicut holera herbarum virentium ita quadrupedia munda edere precepisti qui agnum in egipto moysi et populo tuo

Benedictio agni pascalis et aliarum carnium

in vigilia pasche comedere precepisti in figuram agni domini nostri ihesu christi cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti et in nocte illa omnia primogenita in egipto percuti precepisti servans populum tuum agni sanguine prenotatum Tu domine ihesu christe benedicere + et sanctificare + digneris has carnes mundarum carnium ut quicumque de fidelibus tuis ex eis comederint omni benedictione celesti et gratia tue largitate repleantur et bonis. Per eundem dominum nostrum ihesum christum

Benedictio casei

Dignare domine ihesu christe benedicere + et sanctificare hanc creaturam casei quam ex adipe animalium produci dignatus es ut quicumque ex populis tuis fidelibus inde comederint omni benedictione celesti et gratia tue satietate repleantur. Per dominum nostrum I. C.

Benedictio pulli et ovorum

Subveniat domine quesumus tue benedictionis + gratia huic ovorum creature de qua pullos gallinarum dignatus es creare ut cibus salubris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarum actione sumentibus. Per dominum nostrum

Benedictio lardi

Deus qui per resurrectionem filii tui carnalia nobis comedenda (?) concessisti auge et sanctifica + et nobis hec dona tue largitatis mentes quoque (?) quas carnes (?) spiritualibus reple deliciis. Per eundem dominum

Benedic domine creaturam istam panis sicut
benedixisti quinque panes in deserto ut sit
Benedictio panis — omnibus ex eo habundans in anime alimentum
et de gustantibus ex eo percipiat tam corporis
quam anime sanitatem per xpm dnm nrm qui tecum vivit
et ipse sancto vivus et regnas deus per omnia secula seculorum

†
Benedic domine creaturam istam ut sit remedium
Benedictio ad omnia que volueris — salutare generi humano et presta per invocationem nominis
tui ut quicumque ex ea sumpserint corporis
et anime sanitatem et tutelam percipiant
per dominum nostrum ihesum xpm filium tuum etc

[illegible] ... regule [illegible] ... [illegible] ... [illegible]
[illegible] beneficiorum ... [illegible] ... [illegible] vacantium et regularium et [illegible] ... [illegible]
cum [illegible] in [illegible] et [illegible] et [illegible] ... [illegible]
et [illegible] habitis [illegible] adversarius [illegible] in [illegible]
in [illegible] ad vacationem [illegible] beneficiorum [illegible] publicari
et [illegible] illos [illegible] beneficium et [illegible] Calixtus,
[illegible] appellacione [illegible] vacacionis et [illegible] et [illegible]
[illegible] potest [illegible] premissa non [illegible]
[illegible] alle [illegible] et [illegible] adversarius [illegible]
in possessione [illegible] collitigantes [illegible] contra [illegible]
[illegible] possessionem [illegible] et [illegible]
[illegible] adversarius videat quod [illegible] potest appellacione
[illegible]

Nota quod per Calixtum [illegible] fuit [illegible] in [illegible] Calla
[illegible] octobris [illegible] sanctissimus dominus noster [illegible] collacione [illegible]

[illegible]